

tom. 3. tit. de mater. poss. artic. 1. gl. 1. num. 2. 3. Ioseph. Ludouic. decis. 20. num. 9. Beneintendi. conf. 79. dub. 1. & quod nec supplicari possit, vide Couar. vbi supra d. cap. 17. num. 4. vers. octavo. Riccius in pra. decis. 203. p. 2. per totam.

62 Hanc tamen regulam haecenus authoritatibus, legibus, & rationibus comprobata declarata: vt intelligatur prohibita appellatio quoad effectum suspensiuum dumtaxat, non autem quoad deuolutiuum, quoniam licet executio sententiae latae in meris possessoriis pro actore non retardetur per appellationem subsequutam; tamen causa deuoluitur ad superiorem facta executione, vt ipse de iustitia, aut iniustitia sententiae cognoscat, ad reuocandam, vel confirmandam sententiam, non tamen potest reuocare executionem eius tanquam attentatam, quia illud non causat istam declarationem, probat omnis Doctorum caterua haecenus à prin. huius articuli relata, qui quidem omnes absolute (demtis protinus allegandis) cum de prohibenda appellatione à possessoriis hanc declarationem adiungunt, restantes de communi, & magis receptori, quos non repeto.

63 Ultra quos hanc insuper tenent post Bar. (cuius est originalis) in l. ante sententiam sub num. 6. ff. de appella. recip. Ab. in c. cum ad sedem sub num. 30. de resti. spoli. Ios. Ludoui. decis. Perus. 20. Domin. Mariana num. 14. 15. & 18. Ruginell. tract. de appella. 2. §. cap. 3. sub n. 706. & magis communem testatur Marant. de ord. iudicio. 6. p. act. 2. prin. in verb. & quandoque appellatur num. 305. in fi. & 306. limi. 16. fol. 504. & de magis communi testatur etiam Escacia lib. 1. causa. ciuil. & cri. cap. 97. sub n. 54. & tract. de appella. quest. 17. limi. 6. memb. 7. n. 16. & 22. & magis receptam dicit Couar. practi. quest. d. cap. 2. 3. sub num. 8. vers. secunda conclusio. veriore firmant Menoch. de adipiscen. rem. 4. quest. 100. num. 82. 8. & de recuperan. rem. 9. num. 322. Afflic. decis. 269. in fi. Lancelo. de attempta. 2. p. cap. 12. limi. 25. à n. 4. cum seqq. alios citat Contard. in repet. l. vni. in intellectu num. 2. & 3. C. si de momen. poss. (licet non sequatur) & quod sit vsu recepta, testatur Mar. Anton. Cuchus tract. de mentien. circ. poss. num. 42. tom. 3. p. 2. fol. 300. Marquefa. tract. de commiss. p. 2. de commiss. appell. cap. 2. num. 39. fol. 37. & iterum in secunda impressione p. 1. de commiss. in poss. Saluia. cap. 2. 1. num. 33. fol. 236. Rebuf. tract. de sent. executio. art. 5. gl. 3. sub num. 1. & 2. tom. 1. Marc. Anton. de Amat. decis. 88. probat text. expressus in d. l. vnica C. si de momen. poss. fuer. appella. Riccius decis. 203. à prin. p. 2.

64 Qui autem contrariam tenere, vt quoad vtrumque effectum in possessoriis sit ap-

pellatio prohibita, minimè audiuntur, & huius fuit author Bal. in d. l. vnica. licet parum sibi constans, qui contrariam tenuerat in l. 2. C. de Episcopa. audiend. idem quod Bal. in d. l. vnica. tenuisse videtur Paris. conf. 108. n. 2. & cum Bal. communem dicit (& male) Decius conf. 28. num. 4. vers. non obstant allegata. Ist. conf. 187. colu. 5. vers. hoc sumpto lib. 2. Immol. conf. 55. num. 5. & videtur Bal. etiam sequi Brun. conf. 98. num. 9. tenuerunt etiam Salicet. Roland à Vall. Contar. Achil. Personal. Ozaf. Lucas Pat. Hiero. Gabri & alij, quos refert Escacia d. tract. de appell. limi. 6. memb. 7. num. 19. fol. 379. & alij qui communem dicunt.

Et hanc tibi recensere volui, vt memor 65 sis, quod ex ea moti fuere aliqui, asseuerare, quod cum à diffinitiuam non admittatur appellatio in possessoriis, tamen admittatur à qualibet eius interlocutoria, quia iam est grauamen irreparabile per appellationem à diffinitiuam, cum ab ea non appelletur, quoniam si haec Baldi, & sequatur opinio fuisset vera, scilicet, vt quoad vtrumque effectum appellatio sit prohibita: probabilis redderetur horum Doctorum ampliatio, ex iis, quae supra resoluimus lib. 2. cap. 7. per totum, quod quando à sententia diffinitiuam prohibita est appellatio, quoad vtrumque, permissa censetur etiam quoad vtrumque effectum à qualibet interlocutoria, & quolibet grauamine incidente, quia iam non reparatur. At secus sit quando appellatio prohibetur quoad deuolutiuum tantum, quia tunc regulariter etiam esse prohibitam à qualibet interlocutoria, probauit, at cum ista Baldi opinio falsa sit, & improbata, & pro contraria sit vniuersa Doctorum obseruantia (prout dixi) probant omnes Doctores haecenus ad articulum citati, non admitti potest. at si vera foret Baldi opinio (secundum ea quae nos supra in d. p. 2. c. 7. cui haec adde & nota, admitteretur appellatio suspensiuam à quolibet grauamine incidenti.

67 Sed supradicta regula haecenus comprobata; appellationi à meris possessoriis non deferendum procedere, aduersus iure ciuili. nam iure canonico regulariter ab omni iudicio possessorio, nisi appellationi emissae iudex Ecclesiasticus deferat, vim fieri declarant suprema tribunalia, quia licita est quoad vtrumque effectum, deuolutiuum, & suspensiuum, de quo habemus iura expressa, probant text. in c. significauerunt, de restitutione spoliato. & ibi gl. magna in fi. & plenè Ab. num. 3. dicens communem. probat text.

text. in c. ex conuentione eodem tit. text. in clem. vni. de sequest. poss. & fruct. Clem. 1. de caus. poss. & propri. & vtrouique gl. & Doctores, gl. in c. ei qui appellat. §. de poss. 2. quest. 6. vbi Archi. & communiter Doctores. Specul. in tit. de appella. §. in quibus vers. 6. non appellatur. & ibi Ioan. And. Bal. in l. vni. colu. penul. in prin. & ibi Salicet. num. 6. dicens communem, C. si de momen. poss. Ludoui. Roma. conf. 324. in prin. Ab. conf. 55. colu. 1. in volu. 2. Decius conf. 28. Paris. conf. 108. colu. 3. volu. 1. Ripa in cap. sepe num. 3. de restitutione spolia. Augusti. Beroius quest. 52. an index sub num. 8. Alex. conf. 99. Vitis processibus lib. 5. Bal. conf. 366. quoniam num. 4. lib. 3. Ioan. Corraf. in l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acquir. poss. num. 26. Vest. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 2. Capell. Tholof. decis. fi. num. 2. Guid. Pap. tract. de appell. quest. 83. num. 55. Beneintend. decis. 79. num. 1. Marant. in speculo iudicio. 6. p. tit. de appellatione. num. 295. Lancelo. Robert. de attempt. 2. p. cap. 12. limi. 25. num. 18. Caesar Contar. in repet. l. vnica C. si de momen. poss. fuer. appella. lim. 3. num. 2. Huberti. Zuehar. in l. vlt. C. de edito diui. Adria. num. 441. Viuius commun. opin. 22. Couar. in practi. questio. cap. 17. sub num. 7. Anton. Gom. in l. 45. Taur. sub n. fi. Felicia. de Solis in tract. de censibus lib. 3. cap. 1. sub num. 11. & ferè omnes ceteri Doctores superius pro regula citati. hanc probant doctrinam, Ozaf. decis. Pedem. 25. num. 18. in fi. Ioseph. Ludo. in decis. Perus. 20. num. 19. & 20. Marques. tract. de appella. p. 2. in commiss. appella. cap. 2. n. 43. fol. 38. & 54. fol. 40. in 1. impress. Menoch. tract. de adipiscen. rem. 4. q. 100. n. 840. idem Marques. p. 1. de commiss. in poss. salu. mand. de man. & c. cap. 2. 1. limi. 26. num. 86. fol. 242. in 2. impress. Achil. Personal. tract. de adipiscen. num. 346. vers. & quomuis fol. 269. plurimos citat, & sequitur Contard. vbi proximè d. limi. 3. num. 5. & limi. 4. num. 1. Ioan. Baptif. Ponta. tract. de spoli. lib. 4. cap. 3. num. 4. 1. vers. verum. tom. 14. fol. 305.

68 Hinc est, vt etiam in remedio recuperan. ex c. reintegranda 3. quest. 1. (cum sit remedium inuentum, & inductum à iure canonico) appellationi si non deferatur, vim faciet iudex, quod procedit non solum quando intentatur in foro Ecclesiastico, seu canonico, verum etiam quando intentatur in iudicio seculari (quod rectè fieri valet) ita post alios probant Practi. Papiens. in forma libelli. in causa spoli. possessa. in verbo. per nostram diffinitiuam num. 3. Nat. conf. 566. lib. 3. & conf. 583. num. 4. & n. 13. volu. 3. Ioannes Olden. in tract. de iur. & equitate tit. 12. Bal. conf. 321. ad euentum praeuocandum est, quod aliquando. colu. 1. lib. 3. idem Bal. in c. querelam. colu. 4. vers. sed nunquid de electio. Ripa in c. sepe in fi.

de resti. spoli. Alciati. respons. 56. num. 6. Ozaf. decis. 25. in fi. Menoch. de recuper. poss. rem. 15. (vbi latè de materia) à num. 641. reddunt rationem: quia cum hoc sit possessorium remedium iuris canonici, quo permiffa est appellatio quoad vtrumque, & illud intendans intelligitur cum omnibus suis qualitibus, inter quas est ista appellationis permittendae, quia qui aliqua dispositione, & 70 priuilegio vsi vult, debet vt eo cum omnibus suis qualitibus, l. vlt. §. sed & si praefatam, & §. sin autem hoc aliquis, vers. cum enim C. de iur. liber. plura similia affert Neuz. conf. 87. num. 14. quia res semper transit cum sua qualitate, l. age cum Geminiano C. de transactio.

Sed huic propositae regulae, & declarationi solet per nonnullos replicari ex Aggidiana constitutione, qua expressè decium stat, ab omni iudicio merè possessorio non licere hodie appellari, sed primam sententiam executioni mandandam appellatione pendente, cuius meminere protinus citandi, & alij plures; cuius quidem noua determinatione multi non indocti subsistunt. Sed responde, quod ea non obstante, praeposita doctrina, 72 etiam hodie iure canonico procedit, quoniam Aggidiana constitutio est coarctata, & limitata ad certas causas, & ad certas personas dumtaxat, Vestrus in practi. lib. 7. cap. 3. Caesar Contard. de Aggidiana quest. 1. & seqq. item Aggidiana est localis, lata pro certis locis, & prouinciis dumtaxat, vt aduertit idem Contard. de Aggidiana quest. 3. à num. 1. Paz in prax. de tenuta cap. 12. num. 22. nec Aggidiana habet locum nisi in statu 73 Ecclesiastico sedi Apostolicae immediate subiecto, ex Pauli III. prouisione, & confirmatione, vt aduertit Ioan. Baptif. Pont. de spolio p. 3. cap. 3. num. 42. Mohedan. decis. Rotae diuerso. 112. in prin. & num. vlt. p. 3. lib. 1. & decis. 185. num. 2. p. 3. lib. 2. & decis. 187. lib. 3. p. 3. Paz de tenuta, vbi proximè num. 24. intra limites tantum temporalis Ecclesiae iurisdictionis, Caesar Contard. vbi proximè quest. 4. num. 8. ad medium. Rot. decis. 112. num. 4. lib. 1. p. 3. diuerso. nec habet locum inter personas 74 Ecclesiasticas, vt opinatur Octavian. Vestr. in prax. lib. 7. c. 3. num. 4. Hondedeus conf. 20. num. 10. lib. 2. Christophor. de Paz vbi proximè num. 27. Et ideo commissio super appellatione apposta in Rota, solet dari cum clausula (sine praedictio legitima executionis, quatenus Aggidiana locus sit) vt obiter dixit Lancelo. de attempta. 2. p. c. 12. limi. 25. num. 31.

Nec obstat text. in c. fi. 2. q. 6. vbi Archi. 76 num. 17. quod illo decreto canonico est canonizata l. 1. C. si de momen. & sic etiam iure canonico prohibita intelligitur appellatio in

in possessorio, quia responderetur, quia illud c. fi. *vers. de possessione*, non est iuris canonici, sed sunt verba Gratiani complicatis decretum, cuius verba non habent vim canonis, ideoque non canonizant. Ioan. Andr. *in additio. ad Specul. tit. de appella. §. in quibus. vers. sexto sub num. 8.* Federi. de Senis *conf. 76.* Domino auditori *sub num. 1.* Menoch. *tract. de adipiscen. poss. rem. 4. quest. 100. num. 842.* & 843. fol. 153. & Contar. *in l. vni. in 2. ratione decidendi num. 31. C. si de momen. poss. Escacia de appella. quest. 17. limi. 6. memb. 7. num. 2.*

77 Hanc tamen conclusionem, quod iure Pontificio appellationi non deferens in possessorio remediis iudex vim nullam faciat, vel limites, velim in iudiciis possessorii, quae superius summariissima dixi, vt in iis appellationi nisi iudex Ecclesiasticus deferat, vim faciet manifestam. siquidem non suspendat executionem sententiae, prout ita in remedio adipiscendae poss. *ex l. fi. C. de edicto diui Adri. dixerunt*, vt auctor huius opinionis Bal. *conf. 141. num. 1. lib. 1. idem Bal. conf. 203. lib. 4. & ex c. vlt. §. si quis 2. quest. 6. vbi Archidia. defendit Beroius quest. 44. per totam.* & ante eos fuit opinio Innocentij *in c. pastoralis num. 3. vers. ad hoc ita intelligendum.* Salicet. *in l. vnica C. si de momen. poss. fue. colu. 3. vers. quero secundo.* Menoch. *de adipiscen. rem. 4. quest. 1011. num. 840.* Escacia *de appella. q. 17. limi. 6. memb. 4. num. 31. & memb. 7. num. 12.* Zuchar. *in d. l. fi. C. de edicto diui Adri. n. 441.* Tiraquell. *plures referens in tract. le mort faisti. p. 6. declaratio. 6. num. 2.* Couarr. *in practi. questio. cap. 23. num. 8. vers. tertia conclusio.* Lancelo. Robert. *de attempta. 2. p. cap. 12. limi. 25. num. 27.* Ioseph. Ludouij. *decis. 20. n. 20.* Menoch. *de adipiscen. poss. rem. 4. a num. 840. cum seqq.* Petr. Bencintend. *concl. 79. num. 7. in fi. Marta de iurisdic. 4. p. cent. 2. cas. 159. num. 19. & 20.* Riccius *in pra. decis. 2. p. decis. 203. per totam.*

78 Et rationem reddunt, tum quia, vt supra diximus, & l. quisquis C. quorum appella. non recip. & l. ff. de appella. recip. testatorum voluntates, & testamenta celeritatem, non dilationem requirunt, quia ideo cum omnes causae, quibus haec militat ratio, omni iure canonico etiam, appellatio non suspendat, diximus supra hoc lib. 3. c. 1. & abibi passim, nihil mirum est hic casus illo potiatu privilegio iure canonico, pro qua opinione est text. *in d. c. vlti. §. si quis 2. q. 6.* & etiam quoniam si ius civile testatorum dispositioni pietate, & charitate ductum multum fauet, multo plus debet fauere Pontificio, iuxta text. *in c. cum esset. de testam. vbi Doctores, vt dixit Menoch. supra, alia etiam vitur ratione* Couarr. *in d. c. 23. sub d. num. 8. vers. tertia con-*

clusio. nec sunt ferendi Beroius, Bencintend. & Ioseph. Ludouij. *vbi proximè putantes appellationem hoc casu esse prohibita etiam iure ciuili, quoad vtinque effectum, deuolutiuum & suspensiuum, cum contrarium & rectè cõmuniter supra citati omnes Doctores dicant, & text. in d. c. vlti. §. si quis 2. q. 6.* esto quod sit canonizata lex *quisquis C. quorum appellationes non recipian.* generaliter loquentes, & sine distinctione debet intelligi, prout intelligunt eandem legem communiter Doctores, minimè admittatur appellatio quoad suspensiuum, secus quoad deuolutiuum, nec iure canonico censenda est immutata dispositio *d. l. quisquis*, maximè cum eo iure in possessorii regulariter admittatur quoad vtinque (vt dictum est,) ita Menoch. *latè d. rem. 4. num. 841. & seqq. sursimque*, vbi exactè curat probare, illam legem non esse canonizata, sed esse à Gratiano inter canones relata, quem vide.

Et ex identitate rationis, scilicet celsitatis, limita vltimus praefatam conclusionem; vt scilicet iure etiam canonico appellationi sit deferendum à sententia lata in illis summariissimis iudiciis possessorii praeparatorij ordinarij possessori, ex iudicis officio, iuxta *l. acquisitum ff. de usufruct. de quibus supra ad prin. cap. quoniam sunt remedia extraordinaria, & inducta pro euitandis scandalis, & rixis ex imminenti periculo inter litigantes, certantes possidere, quae ratio multo fortius iure canonico impedit appellationem, & in specie ita scribit Bencintendi *conf. 79. num. 6. in fi. plures adducit rationes Menoch. de retinend. poss. rem. 6. n. 49.* Contar. *in d. l. vnica limi. 3. n. 48. & fi. Ioseph. Ludouij. in decis. Peru. 20. num. 11. p. 1. Lancel. tract. de attempta. 2. p. cap. 12. limi. 25. num. 26.* Escacia *de appella. quest. 17. limi. 6. memb. 1. num. 4.**

Idem etiam arbitror, esse dicendum iure canonico, ac iure ciuili (secundum quae supra probaui) appellationi non esse deferendum interpositae à sententia lata in remedio illo saluberrimo, ex Saluiano interdicto, nam cum in eo diximus, summariè agi, & nec admitti exceptiones altiore indaginem requirentes, & alias specialitates, ita nec iure canonico admittendam appellationem quoad deuolutiuum, quod ita inuenio Rotam determinasse 14. Octobris 1566. quae est decisio inter collectas per Caputaq. 222. incipit *Aeguidiana*, cuius etiam meminisse Lancelo. *de attempt. 2. p. c. 12. limi. 25. n. 10.* ita etiam terminauit Rot. teste Seraphino *decis. 10143. 2. tom. vbi latè prosequitur*, in quibus quidem determinauit, appellationi in Saluiano interdicto emissae non esse deferendum.

Praefatam

Praefatam autem conclusionem, vt in possessorii non appelletur, declara, vt procedat, & locum habeat in terminis, de quibus loquitur, scilicet, in causis merè possessoriis, vt secus sit, quado possessoria causa est mixta, scilicet cum petitorio, quoniam tunc ratione mixturae à tota sententia admittitur appellatio, vt est videre in remedio recuper. *ex l. si quis in tantam C. vnde vi. vt in vnum plures allegem videndum Menoch. de recuper. poss. rem. 9. a n. 316.* Anton. Gom. *in l. 45. Tauri sub num. 194 post prin.* Lancelo. Robert. *de attempta. 2. p. c. 12. limi. 25. num. 14.* Maranta *de ord. iudic. 6. p. tit. de appella. num. 303.* per rationem autem summam cum diligentia explicauimus supra lib. 2. c. 7. à num. 88. cum

83 sequentibus, vt scilicet, quando causa petitorij simul tractatur cum possessorio, vel ex natura causae, vel aliter ex oppositione, & permissione partis tacite, aut expresse, & super vtroque lata est sententia, cum petitorium vt potentius, & magis dignum praeponderet, supprimat & absorbeat possessorium, tanquam minus principale, & sic appellatio in totum sententiae executionem impedire debet, ita vt hoc casu qualitas affirmatiua praualcat negatiuae, de cuius rationis iustitia, & comprobatione ibi *in d. cap. 7. numero 88. cum pluribus sequentibus. in 2. distinctionis membro*, exactissime poteris videre, vbi pariter multa ad propositum adnotatione dignissima, quae consultò non repeto.

84 Quo loco plurimos Doctores adduxi tractantes de hac mixtura possessori, & petitorij, varia exempla constituentes, an & quando mixtura dici potest, vt in eo casu appellatio permittitur à tota sententia, ex rationis specialitate, quae inter possessorium & petitorium viget, cuius causam hanc mixturam pro limitatione appositam ad distinctam conclusionem vniuersaliter appositam supra d. c. 7. vbi tractauimus an à sententia habente aduersam qualitatem prohibitiuam, & permissiuam appellationis; sit admittenda appellatio in totum, necne. quare ad praedictos Doctores potes pro materia recurrere, & vltra illos vide etiam Christophor. de Paz *in tractatu de tenet. c. 13. & a num. 612. & 611. cum seqq.* Mier. *de maiorat. 3. p. quest. 34. a num. 53. & seqq. in nouiori impressione.* Marefcoc. *variar. resolut. lib. 2. c. 75. a num. 43. & supra fol. 138.* Giurb. *decis. 101. per totam.* Et aduerte, ne decipiaris, quia ali-

85 quando Doctores generaliter loquuntur, quod à sententia mixturae datur à tota appellatio. quia illos debes intelligere de hac mixtura possessori & petitorij, quae propria est mixtura. quid autem (extra hunc

casum) in sententia, qua diuersitas qualitatum reperitur complicata, sit dicendum, vide quae diximus d. lib. 2. cap. 7. per totum, vbi latè.

Hinc est, vt etiam in iudicio ad exhibendum, si propter non exhibitionem reus fuisset ad interesse condemnatus, datur appellatio ab huiusmodi condemnatione interesse. Bar. *in l. 2. col. 2. num. 5. ff. de appell. recip.* Bal. *in l. vnica sub num. 15. C. si de momen. poss. & ibi Caesar Contar. in limi. 14. n. 20. & 24.* Ioann. de Ami. *consil. 147. super dubio num. 3. ibi, item in actione.* Nicell. *in tractatu de concor. gloss. concor. 6. fall. 6. moder. 13. sub num. 27.* Ozalcius *decis. 25. n. 11. & post Speculat. tit. de appell. §. in quibus num. 12.* Contar. *d. l. vnica. oppos. 4. n. 2. 4. & 5.* Ruginell. *tractatu de appell. §. 2. c. 3. n. 695. vers. 24. in fi.*

Et loquendo generaliter in omni iudicio possessorio, in quo sit condemnatio interesse propter non facultatem rei restituendam, Escacia *de appella. quest. 17. limi. 6. memb. 9. num. 22. & memb. 8. n. 19. & melius memb. 5. sub num. 1. & memb. 4. num. 128. & memb. 6. a n. 5. & seqq.* vide in optimo casu per Aloyf. Ricc. *in prax. decis. 2. p. decis. 200. & de ratione huius doctrinae vide quae latius dixi supra lib. 2. d. c. 7. a num. 132. cum pluribus seqq.* quibus & haec adde.

88 Quid autem sit dicendum in possessorio super iurisdictionibus, & aliis, quibus debet iustificari possessio cum titulo, an admittatur appellatio suspensiuam, vide quae latè Escacia *de appell. quest. 17. limi. 6. memb. 9. a num. 85. & a 52. & latius art. 109.* Mier. *de maior. 3. p. quest. 24. a num. 56. & supra*, quos vide, quia dissentunt in resolutione, praecipue Escacia.

Et ex eadem ratione idem est respondendum in remedio retinendae poss. ex interdicto de aqua quotidiana, & aestiua, de qua latè per Menoch. *de retinend. poss. rem. 6. per totum*, nam à sententia in eo lata nisi iudex deferat, vim facit, quia legitima, habet enim hoc interdictum admixtam causam proprietatis, *l. 1. §. vlt. ff. de aqua quoti. & aestiua.* ita per Bal. *in l. vnica. colu. 2. versic. quero quid si. C. si de momen. poss. fuer. appell. & Alber. in l. vlt. n. 3. C. qui leg. pers. habent stan.* vbi etiam dicit, quod quando possessorium habet ad mixtam causam proprietatis, locum non habet dispositio illius l. si quam vide, sequitur in terminis Menoch. *loco proximè citato num. 164. & seqq.*

Et ex identitate rationis repetendum idem est in remedio possessorio adipiscendae *ex l. fi. C. de edicto diui Adri.* quando possessor conuentus afferit se pariter heredem scriptum in testamento solemnè, atque ita patem

parem titulum ostendit, quia tunc a sententia contra se lata, appellationi emissa iudex si non deserit, vim faciet, quia licita est quoad vtrunque, ita censuit Anton. Nicell. in tractatu de concord. gloss. in concord. 1. num. 28. morus Baldi responso in cons. 281. lib. 3. alias consil. 141. pramissis verbis lib. 1. idem Bal. in l. unica num. 4. versic. 4. nos dicimus C. si de molen. poss. fuer. appell. post Innocentium ab eo citatum. & Baldi consilium intelligit & declarat Menoch. de adipiscen. rem. 4. num. 861. 92 cum sequentibus. quando fuisset probabilis dubitatio, quis eorum esset haeres, quia tunc necesse est ingredi iudicium petitorium, atque ita probare se haeredem. cum ergo eo in casu fuit disputatio petitorij admissa, iussu iurisque a lata sententia appellari potuit, prout Bal. in d. consil. 141. refert in additio. Capellæ Tholof. quest. ult. num. 2. versic. item nisi fuerit. huius articuli latissime declarat casus, quibus procedit, Menoch. ubi proximè à numero 856. cum sequentibus. ubi num. 862. adducit in omnibus possessorijs, 93 quòd si exceptio respiciens proprietatem, quæ repelli poterat; fuit admissa, est super ea cognoscendum, ex his, quos ipse de recuper. rem. quest. 15. ac ideo cum à tali iudicio emittatur appellatio, cum sit à sententia lata in possessorio mixto, operabitur effectum suspensivum, ex præfatis Doctoribus, & ex Bald. consil. 367. lib. 1. Isf. consil. 187. lib. 2. Ozalcus decis. Pedemont. 25. col. ult. versic. item quando lata. Enimvero ubi 94 possessorium habet admixtam causam proprietatis, non dicitur momentaneum, Alberi. in l. ult. num. 3. C. qui legit. person. habent 95 san. nec statuta disponentia circa possessorium, merum intelligitur, nec extenditur ad possessorium mixtum, ita Menoch. in tract. de retinen. poss. rem. 5. num. 97. & rem. 6. num. 166. Et hac ratione attentæ idem dixere nonnulli circa remedium adipisc. ex Saluiano interdicto, non quòd sui natura habeat admixtam causam proprietatis, (quia vt supra diximus) merum possessorium est, sed quando sic contingit, vt aliqua cum causâ petitoria respiciente simul tractetur, quia tunc appellationi esse deferendum, respòdet Sarmit. de redit. Eccles. cap. 2. num. 27. ex Baldi consil. 141. pramissis verbis lib. 1. quæ doctrina quando in hoc interdicto verificari possit, locum habeat, & vera sit, vide omnino Menoch. de adipisc. rem. 3. à num. 187. cum multis sequentibus. 97 Quid autem sit dicendum, quando in sententia possessorij pariter sit condemnatio fructuum damni, aut interesse, latissime, & accuratè examinauimus supra lib. 2. cap. 7.

à num. 56. in secundo membro distinctionis, ubi alia etiam videbis, & de pluribus aliis generalibus limitationibus huic conclusioni, & regulæ possessorij, vide Anton. Gomez in d. l. 45. Tauri num. fin. Maran. in Specul. 6. p. tit. de appella. à num. 294. cum sequentibus. Lancelot. de attentat. 2. p. cap. 12. limi. 25. Menoch. de adipiscen. rem. 4. à num. 826. & alibi passim per Doctores superius relatos. Vnum tamen ad præmissa necessarium non omitto, quòd quamuis in iudicio possessorio passum sit, agi de proprietate, simul atque mixtum tractetur: si tamen super possessione dumtaxat, & non super proprietate sententia lata fuerit, appellationi non deferens vim non faciet. quia huiusmodi appellatio nec suspendit, nec hoc casu impedit executionem prædictæ sententiæ, ita determinauit Rota decis. 273. num. 1. & 2. p. 1. diuerso. & decis. 34. num. 8. p. 2. Decius consil. 28. per totum. Contraf. consil. 10. num. 3. lib. 4. Cæsar Contar. in l. unic. C. si de molen. poss. fuer. limi. 2. ratione mixture §. 5. num. 13. Christophor. de Paz in tractatu de tenet. cap. 13. num. 62. itaque nos loquimur in dictis casibus, quando simul terminatur possessorium, & petitorium, vel simul vtraque sententia concurrat. Pariter & supradictam nostram regulam intellige, quando agitur de iudicio meri 99 possessorij, secus autem quando de possessorio tractatur per viam contractus, vtputa; quando quis promissit fundum, domum, aliamve speciem alicui, quoniam à condemnato ob illum contractum appellationi emissa deferendum est, vt probant Bal. in consil. 210. in fin. vol. 5. Maran. de ord. iudic. 6. p. tit. de appella. num. 305. nisi ad eiusdem speciei possessionem agatur, mediante instru- 100 mento guarentigato, quoniam aliter est dicendum, dicemus (Deo dante) infra lib. 4. interim videndus Parla. lib. 1. rerum quoti. c. 10. Amador. Rodrig. de executio. c. 5. num. 24. versic. cuius executioni & vers. seq. & superius à num. 21. Et quòd quando agitur ad possessionem 101 principaliter, & immediatè vigore contractus, possit appellari; probat idem Bald. in l. unic. col. 10. vers. & nota ibi §. si quis promissit. C. si de molen. poss. dicens quòd si quis promissit mihi tradere nudam possessionem, & iudex sententiat, eam mihi tradi: potest 102 condemnatus, & obligatus appellare, quia nullum superest ei petitorium contra pactum. idem (inquit) est si possessorium in stipulatione deductum sit, & idem si quis 103 petat se inuestiri de feudo, quia agit ex contractu. idem quod Bal. tenent Nicell. tract.

tract. de concord. gloss. full. 6. mod. 6. sub num. 26. fol. 191. Ozalc. decis. Pedemont. 25. sub num. 11. Marques. tractatu de commiss. p. 2. in commiss. appell. c. 2. n. 49. fol. 39. Cæsar Contar. in l. uni. limi. 1. num. 76. versic. aliud exemplum. & latè limi. 14. num. 1. & seqq. C. si de molen. poss. Rot. decis. 356. n. 8. p. 1. diuerso. & alios citat Escacia de appell. q. 17. limi. 6. memb. 9. à num. 78. vbi 104 quod idem est in condemnato ad liberè dimittendum possessionem, vt possit appellare, quia continet mixturam, de quo per eum n. 20. & d. Rotæ decisio. Et iuxta hæc nota vnam elegantem Rotæ decisionem 857. in recollect. nouiss. per Farina. 2. p. Fuit tentum, quòd stante pacto transactioni apposito, quòd deficiente fratre Francisco in solutione, liceret monasterio Carthusiensis Pisarum propria autoritate possessionem domus recipere. possessio in vim pacti capta, non aliter obtrahitur sententia declaratoria, fuit valida, Cassiad. decis. 7. n. 1. de loca. Cuius in verb. emphyteu. q. 1. & 25. cum relatis per Asinium in practi. §. 7. limi. 48. n. 3. nec referre, quòd iudicem adiu- 106 uerit, quia cum possit propria autoritate hoc facere, potuit etiam ex vrbaneitate petere à iudice licentiam ingrediendi, & satis est; quòd huiusmodi ratione præseruauerit ius monasterij. Alexand. consil. 131. n. 3. lib. 4. Afflict. decis. 226. & decis. 460. Isf. in l. 2. n. 113. C. de iure emphyteu. Moder. de attent. 2. p. c. 4. ampliat. n. 2. & 4. minus etiam obstrare, quòd possessio capta fuerit pendente termino ad 107 appellandum; nã cum ad possessionem non fuerit actum ex contractu, sed vigore clausule constituti, & clausule quòd possit capi possessio propria autoritate; non erat locus appellationi. Contard. in l. unica limi. 2. 4. n. 7. C. si de molen. poss. fuer. appell. & in consequenti pendencia termini, vel appellatio interposita non poterat impedire illius executionem, Barb. consil. 107. num. 2. lib. 1. Guid. Pap. consil. 19. n. 7. Roland à Valle consil. 77. n. 20. 108 lib. 2. tanto magis quòd licet fuerit actum ad caducitatem, illa tamen fuit incidenter, non autem principaliter deducta, quo casu denegatur appellatio, iuxta tradit. per Decium consil. 28. Contar. d. l. unic. q. 15.) Hactenus de dicta decisione. Et quòd dicitur in d. Rotæ decisione, 99 quòd quando agitur ad possessionem non vigore contractus principaliter, sed vigore clausule constituti in ea apposite, vt non sit licita appellatio, tenet Paul. Castren. consil. 43. videretur lib. 1. n. 4. quia tunc debitor nolens tradere possessionem, videretur spoliare, Escacia de appell. q. 17. limi. 6. memb. 9. à n. 80. qui 110 num. 79. post Bald. ubi supra, & Contard. in d. l. unica, limi. 14. n. 2. & n. 4. in fi. quòd filio Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

petente inuestituram feudi per vtile interdictum quorum bonorum, non dabitur appellatio. Quod etiam procedit, quia si immediatè 112 actum est non ex ipso contractu, sed aliquo interdicto possessorio, licet accessorie, seu in consequentiam deducatur contractus, & eius validitas, nõ datur appellatio, Contard. latè in l. unica limi. 14. n. 3. & vide à n. 1. cum seqq. & Escacia d. limi. 6. memb. 9. à n. 81. quod comprobatur ex eo, quòd ipse latè à n. 110. vbi quod ostendens titulum ad consequendam 113 possessionem petitam, non dicatur agere possessorio mixto. Aliud etiam potest reddi exemplum, quando scilicet sententia habet complicatam causam 114 falsitatis, quia tunc etiam appellatio admittitur, suspenditurque etiam bonorum possessionem secundum tabulas, text. est in l. 1. & ibi Bal. & Salicet. C. de bonorum poss. secundum tabul. Bal. in l. poss. sententiam num. 6. C. de sentent. & interloc. omni. Nicel. de concord. gl. concord. 6. full. 6. sub n. 26. moderna. 3. fol. 191. Rota decis. 323. n. 1. p. 1. diuerso. Domini dixerunt, & c. de quo & de ratione vide Escaciam ubi proximè num. 84. & seq. Ac denique tunc admittitur appellatio à 115 sententia lata in possessorio iudicio, quando scilicet grauamen ex ea illatum non potest reparari in iudicio petitorio, puta quia condemnato iudicio possessorio, ad possessionis & rei restitutionem, nulla competit actio in re, sed eius retentionem dumtaxat, & iuxta casum text. in l. qui exceptionem, §. si pars, ff. de conditione indebiti. vbi Cuman. n. 27. & iuxta l. si in arca. ff. de conditio. indebiti. Bal. in l. uni. num. 7. vers. quare quid si non agitur possessorio. C. si de molen. poss. fuer. appella. vbi ait, quòd 116 quando iudicium possessorij mouetur contra detentatorem, vtputà commodatarium, si contra eum fertur sententia, poterit ille appellare; rationem reddit, quia non potest commodatarius petitorium mouere, atque pariter nec ei illatum damnum reparari. Bald. in l. 2. num. 22. C. de Episcop. audi. Bar. in l. 2. num. 3. ff. de appell. recip. Castren. consil. 46. col. 2. versic. pro hoc fallit. lib. 1. Decius in l. 1. col. 3. vers. secundo quando. C. de bon. poss. secundum tab. Anton. Nicel. in tractatu de concord. gloss. concord. 1. à num. 31. Ozalc. decis. Pedemont. 25. num. 11. Menoch. de adipiscen. rem. 4. à num. 803. vbi probat, hoc casu etiam exceptionem dominij atque ita impedire possessorium. Et vltra supradictos hanc nostram doctrinam, & limitationem probant Card. in cap. cum ad sedem, ad fi. vbi Abb. num. 30. Petr. Grass. num. 125. de restitutione spoli. Capic. decis. 34. num. 5. Stepha. Auftr. in additio. ad decisionem vlt. Capell. Tholof. num. 3. Rebuff.

Rebuff. ad ll. Galli. tract. de iur. executio. art. 9. gl. 5. num. 10. cum seqq. & art. 10. gl. 1. num. 8. Maran. de ord. iudic. 6. p. tit. de appell. num. 299. Duen. regul. 52. num. ff. Marcilia. in d. l. unica num. 2. & 7. de quo etiam latè Christophor. de Paz tract. de tenu. c. 12. à num. 31. cum seqq. latè etiam profecit hanc doctrinam, & limitationem post Cæsarem Contar. & alios, Escacia de appell. q. 17. limi. 6. memb. 8. per totum. vbi eius varia reddit exempla omnino videnda, & Piaz etiam modò citato loco.

Sed pro coronide huius capituli illud annexere libet, valde vile circa illa remedia possessoria summariissima, quorum ad principium meminimus esse officio iudicis inductum, iuxta l. acquisitum ff. de usufruct.

117 quæ sunt preparatoria ad possessoria ordinaria, quæque (vt diximus) durat solum vsquequo lata sit sententia in ipso possessorio ordinario, vt scribit Neuz. consil. 30. num. 7. Beneinten. concl. 79. num. 4. tanquam preparatorium, ex l. liberis §. vlt. ff. de liberali causa.

118 & reuocatur nunc in dubium, quid si lata sententia super possessorio ordinario contra eum, pro quo in summariissimo fuit pronunciatum, & interlocutum, fuerit appellatum, aut supplicatum; an ei adhuc procedat ea interlocutio, & an adhuc durare dicatur appellatio, aut supplicatio pendente à possessorio ordinario, in quo respondeo, quòd cum huiusmodi interlocutoria dumtaxat durat, vsquequo lata sit diffinitiva in possessorio ordinario, ex Doctoribus citatis, quæ non obstante appellatio pariter exequi debet (vt hæcenus dictum est) sequitur; vt illa prior interlocutoria finem tunc habeat, quando diffinitiva effectum fortitur, vt optimè & eleganter considerauit Menoch. de retinen. poss. rem. vlt. n. 50. & 60. & sic exequenda erit sententia diffinitiva lata in ordinario possessorio, nec interlocutoria impedimento esse debet, nec potest privilegium diffinitivæ huic auferre.

Et obiter aduerte, quòd (sicut superius dictum est) possessio datur hæredi instituto, vigore l. fin. C. de edicto diui Adri. non obstante appellatio favore testatoris, multo magis deneganda est ipsa appellatio à sententia seu pronunciatione de aperiendo testamentum, vt probat text. in l. fin. ff. de appella. recip. & in l. quisquis 6. & ibi B. Bal. Salicet. & Paul. de Cast. C. quorum appell. non recip. quam legem Gratianus posuit in cap. vlt. vers. si quis etiam ausus fuerit. 2. q. 6. Innocent. in c. Pastoral. num. 3. vers. ad hoc ita de off. deleg. Archidiacon. in d. c. fin. num. 16. 2. q. 6. Specul. tit. de appell. §. in quibus num. 10. vers. 8. lib. 2. Maran. in Specul. p. 6. act. 2. prim. in verbo & quandoque appellatur limi. 19. n. 222. fol. 506.

Rebuff. tractatu de appella. gl. vni. art. 9. n. 10. tom. 3. Menoch. tract. de adipiscen. poss. rem. 4. n. 7. fol. 23. Et est ratio, quia apertura testamenti celeritatem requirit, ex d. l. fin.

Et iterum à decreto siue iudicis mandato executiuo relaxato de euacuando, vel (vt dicitur) de frastando appellationi ei deferri, quia caret suspensiuo, tenent citandi DD. eo quòd sit causa summaria, & priuilegiata, celeritatem desiderans. Gramaticus decis. 58. num. 15. & Cæsar Contar. in l. unica n. 4. C. si de momen. poss. Alexand. in l. 1. num. 52. vbi lff. num. 45. vers. quando adde ff. soluto matri. & post eundem Contar. q. 20. num. 2. vers. contrarium & num. 3. & Bald. in eadem l. unica num. 1. dixit Escacia de appella. q. 17. limi. 6. memb. 2. n. 36. & idem lib. 1. causa. cini & crim. c. 5. à num. 53. cum seqq. latius Marchesa. tract. de commiss. 1. p. c. 20. per totum in secunda impressio. fol. 217. qui in num. 2. aduertit quòd licet aliqui ex iis DD. loquantur de fabro prope domum scholaris seu Doctoris maleante, tamen ipse cum Gramatico idem firmat in inquilino, & conductore, de quo latius per eum erit videndum ibi.

## CAPVT XIII.

A sententia lata à iudice, vt bono viro arbitrante, vel arbitro iuris, vel in iis, quæ iudicis arbitrio regulato, vel etiam libero, relinquuntur. seu etiam conscientia, potestati, eiusve mero officio; appellationi interpositæ non deferens vim an faciat. vbi etiam quid ab actibus, & sententiis negatiuis.

## SVMMARIVM.

Reductionis sententia lata à iudice, vt bono viro appellationi non esse deferendum, qui teneant. num. 1.

Sententia reductionis licet admittat appellationem, an nihilominus ea pendente sit exequenda. n. 2.

Reductionis sententiam admittit appellationem suspensiuam, qui cum Baldo subscripserint. n. 3. Conuincuius perplexus & varius redditur, in resolutione huius articuli. n. 4.

Baldi distinctio refertur. n. 5.

Reductionis iudice confirmante arbitramentum non licere appellari, secus ab eo illud infirmante, qui tenuerint, recensentur. n. 6.

Appellationem esse licitam à iudice adito per viam reductionis, vt bono viro, vt magis communis & aequior opinio resoluitur. n. 7.

Quæ

Quæ procedit siue ipse iudex moderetur, siue confirmet, vel infirmet arbitramentum. ibidem. Et hæc opinio maxime procedit si sententia feratur ad fauorem eius, qui petit reductionem. num. 8.

Reductionis sententia an admittat appellationem iure Regio. n. 9. remissiuè.

Laudi executio non est facienda pendente reductione ad iudicem vt bonum virum, vt verior opinio resoluitur, & quot sint in hoc articulo. num. 10.

Iure Regio hæc opinio in nouata est. n. 11.

Laudi executio fit si fit inter partes conuentum. num. 12.

Vel si sit ab aliquo statuto sic inductum. ibidem. Et de alijs limitationibus, remissiuè.

Reductio arbitranti si petatur post illius arbitramenti executionem, illam non reuocat, nec impedit. n. 13.

Ab arbitratoribus & eorum arbitramentum non licet regulariter appellari, sed reductio peti ad arbitrium boni viri. n. 14.

Reductio ad arbitrium boni viri intra decem dies debet peti iure regio. n. 16.

Reductio an etiam iure communi debet peti intra decem dies. n. 17.

Reductio coram quo iudice sit petenda, & de varijs opinionibus. n. 18. remissiuè.

Reductio debet peti intra decem dies etiam iure canonico. n. 19.

Arbitri sententia an sit exequenda non obstante appellatio. n. 20. & seqq.

Arbitri sententia quando emologatur tacitè vel expressè. n. 21.

Ab actu quem quis approbanit, non potest appellari. n. 22.

Appellari quando possit ab arbitri sententia, qui pro mareria videndi. n. 23.

Arbitri sententia etiam pacto nudo facto commissio iure canonico recipit appellatio. n. 24. & de ratione. n. 24.

Ab arbitrariis iuris electis scilicet, super recusatone, aut competentia inter iudices Ecclesiasticos appellari, an liceat. n. 25.

Arbitri iuris habent iurisdictionem à lege, & coram illis coguntur partes litigare, sicut coram iudice. n. 26.

Arbitri iuris habent à lege iurisdictionis tertiam speciem equiparantam delegatam. n. 27.

Ab arbitrariis licet appellari, quemadmodum & ab alijs iudicibus. ibidem.

A iudice habente arbitrium à lege, homine, seu statuto appellari licet, qui teneant. n. 28.

A iudice cuius arbitrio aliquid committitur siue in civilibus, siue in criminalibus, qui teneant. num. 29.

Iudex in arbitrarijs argui non potest, quia tunc Deum iudicem rei huius cognitorem habet. num. 30.

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

A iudice, cuius arbitrio aliquid relinquitur, non licet appellari in paruis & leuibus, secus in grauibus, in quibus quis enormiter læsus est. num. 31.

In arbitrarijs super re magna quemadmodum enormiter læsus iudicetur. n. 32.

A iudice habente liberum arbitrium, seu absolutum à lege, seu statuto, vel homine, non licet appellari. n. 33.

Liberum arbitrium ex quibus verbis, & clausulis datum iudici intelligatur. n. 34. remissiuè.

Clausula & verba, quibus arbitrium regulatum seu boni viri iudici datum sit. n. 35. remissiuè.

A iudice cuius conscientia aliquid terminandum, seu faciendum committitur, appellationi emissæ non deferretur. n. 36.

Conscientia vbi sit onerata iudici siue iure, siue forma commissionis & rescripti, appellatio nec suspendit, nec impedit executionem. n. 37.

A iudice, cuius conscientia aliquid committitur, appellatio est prohibita quoad suspensiuum effectum dumtaxat. n. 38.

Conscientia solus Deus superior est, & ideo ad alium vt inferiorem appellari non debet. n. 39.

Conscientia iudicis vbi non est onerata simpliciter, sed aliquid simul sit appositum respiciens iustitiam, appellatio non est prohibita. n. 40. & 47.

Appellari non potest ab aliquo, cuius conscientia aliquid declarandum committitur, quando declarationem iuramento firmavit, quod procedit non in iudicio. n. 41.

Dicto alicuius vbi sit standum ex quacunque dispositione, intelligitur iuratio, non aliter. n. 42.

Dicto alicuius promittens stare, intelligitur iuratio, non aliter. n. 43.

Citare non debet aliquem iudex, cuius conscientia aliquid iudicandum est commissum. n. 44.

De materia quando aliquid conscientia alicuius aliquid committitur, remissiuè. n. 45.

Conscientia cui aliquid terminandum committitur, debet esse cum iudicio discretiona. n. 46. & 47.

Potestati iudicis quando aliquid relinquitur, id non subicitur iudicis necessitati. n. 48.

A iudice, cuius facultati & potestati aliquid faciendum relinquitur, non licet appellari. n. 49.

Iudex si ex statuto potest aliquem carceratum sub fideiusoribus relaxare, si non fecerit, non appellatur. n. 50. Declarat vt ibi.

A iudice facultatem dispensandi habente, & id negante, non licet appellare. n. 51.

Delegans meram habet facultatem reuocandi iurisdictionem delegatam. n. 52.

Appellatio non admittitur ab auocatione iurisdictionis facta per delegantem superiorem. n. 53.

Quod procedit siue auocatio fiat sine causa, aut cum ea, aut cum leni, quia non licet appellari. num. 54.

9 3

A iudice